



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Aqvitania

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

Abbas vnus, & item alter vir nobilis. Scholae
 mo anno frequentiores quam vnquam antea
 si annona premente. successit haud paulo graui-
 lum, pestilentia. haec scholas dissoluit, pluresq; e-
 (e quibus obiit vnus) exire coegit ex vrbe
 tamen relictis, qui ciuibus praesto essent, quod
 quam gratissimum. Sequenti anno, vbi repressio
 laxior redijt annona, scholae reuocatae, licet non
 plene. aditi persape adiutiq; qui carcere, aut
 comio tenebantur. Mulier, quae mortem sibi
 scire statuerat, edocta vt melius viueret. Cuius
 lixior quotidie erga nos beneuolentia.

PROVINCIA AQUITANIA



AQUITANIAM habuerunt
 tuor in Collegijs, Tolosano. Bi-
 lensi. Ruthenensi. Mauriacen-
 pra centum, anno superiore, sex.
 sex. Posteriore, vnus & viginti
 quoniam neque vtroque anno
 ta Prouincia, neque in singulis Collegijs idem
 rus: alter ab altero seorsum, suis in locis, cum
 capitibus eiusdem anni reddendus videretur. Vnde
 et sunt hoc biennio septem. Additi nobis viginti

COLLEGIUM. TOLOSANVM

TOLOSÆ hæc priore anno. Socij quinquaginta. auditæ confessiones vitæ vniuersæ ducentæ viginti quattuor. Reconciliati Ecclesiæ quindecim. restituta dominis non exigua pecuniæ summa. Graues inimicitia, etiam inter cognatos, compressæ. Scelera permulta impedita. Actum cum duobus, vt æquos se placatosq. præberent erga quosdam, quorum de nece cogitabant: sic vt priores similtates posteriore beneuolentiâ superarint. Mulieri, quæ omnium, quibus premebatur calamitatum vnâ putabat esse leuationem, mortē: persuasum est, vt restem, quam parauerat, cum confessione mutaret. Altera, cuius infantem filium vicina interfecerat errore mentis, eo dolore accensa est, vt non multum ab extremo abesset: tantum tamē valuit vnus e nostris (ad quem adducta est) ad eam consolandam oratio, vt & peccantis impudentiâ ignosceret, & peccatū, quod reuocari nō poterat, æquiore animo ferret. Infantem puerum ferunt, cum securi caderetur, IESU nomen semel atque iterum inclamasse. Quidam, nostrorum admonitu, auertit se ab amore puellæ, a qua ita habebatur, vt amor esset furori proximus. Alter cum exuere meditaretur castitatis votum, quo se obstrinxerat, varijs terrebarur imaginibus Hebraicarum litterarum, in igne, in aqua, in aere apparentiū: addebatur ad animi aculeos. corporis dolor. quin et

solus cum esset, corripit sibi ab aliquo videbat
 ius manus sentiret, faciem non videret: in pe
 vnam atque alteram alienabatur a sensu. per
 ad nostros, cum audisset, id quod petebat, ab
 nem voti a Summo tantum Pontifice expecta
 etsi hoc usque adeo hominē penetravit, ut in
 retur sibi mortem: paulatim tamen delentia,
 no quieuit. Multi ab incantationibus, venefici
 gicis artibus abducti: quorum etiā exusti libri
 ex his cacodæmoni conceptis verbis inuenerunt.
 Ad hæc, obtigerunt quædam admiratione digna
 lesceus importunas terriculas, quibus nobis
 batur, aqua elusit lustrali, cereaq. imagine
 agni, & attentiore precum diligentia. Alter
 sus ad meliorem vitam, quod nocte vna, cum
 bem ambularet, a quodam, cuius præter manus
 sentiebat, arreptus crinibus, & dein raptus
 in luto. Hic aliquando Lutetia e Congregatio
 Beata Virginis: nunc se ingurgitauerat in fle
 dicitia prioris oblitus. Alius quidam vir gra
 quidem pro voto debito, sed pro consilio, sex
 que feria seruabat ieiunium. ab hac vetere con
 dine cum semel tantum, ut amicis obsequat
 dere cogitat, ientaculum præsumenti, ita de
 obstructa sunt fauces, ut eius vita ab omnibus
 retur. Alius in adolescentia sensit se ad religio
 vitā incitari: sed intimos animi sensus vel ne
 vel dissimulans, cum aliud agit, sinistram sui corp
 partem manifesto intellexit a diabolo obsideri
 stea cum suasu nostri sacerdotis octavo quinquagesimo
 Diuini

Diuini
 tur. V
 tatis.
 tantu
 nutu
 haufe
 bus. a
 sibi
 pers
 tiesc
 tate
 mere
 quod
 adole
 parv
 qui
 acce
 ad n
 sinif
 runt
 no s
 esse
 ex i
 ta c
 ita b
 ber
 etia
 aut
 vic
 no i

Diuina obit mysteria, ab omni illa impressione libera-
tur. Vidua quaedam pauperula, vna ex ijs. qua pie-
tatis studio dedita, templum nostrum assidue frequen-
tant, narrat, doliolum sibi vini esse, quod nihil inmi-
nutum videtur, cū ex eo tamen ab ineunte anno non
hauserit tantum sibi, sed impertierit etiam petenti-
bus. addit, interdum per quosdam ignotos necessaria
sibi subministrari. Vir vnus cum per inscientiam
persæpe legeret Caluini impietates, affirmat, se, quo-
tiescumque id faceret, statim inuadi solitum infirmi-
tate corporis, sine vlla causa, qua rem miraculo exi-
meret. Subuentum præterea matronis quibusdā, qua
quod carerent vestibus, pedem domo non efferebant:
adolescentibus pariter nonnullis, quorū res familiaris
parua aduersabatur magna discēdi cupiditati. Ex ijs,
qui nostrū celebrant Gymnasium, aut templum, se præ
accesserunt ad varias religiosorum familias: totidem
ad nostrā. id dum plerique faciunt inuitis parentibus,
sinistros illorum animos prospera contentione flexe-
runt. Hinc igitur mihi nascetur de posteriore an-
no scribendi initium. Cum enim tres nostrum ingressi
essent ordinem, quinque ad alios se cōculissent, vnus
ex illis, iubente Magistratu, coram sequestro, proba-
ta constantia. Hic autem cum videret non agi secum
ita bona fide, quod non cognosceretur causa, sed adhi-
berentur ad vim faciendam machinæ plurimorum: vbi
etiam sibi vtendum ratus, ipso coniuente arbitro,
aut potius adiuuante, sese ex eorum medio proripuit,
victorq. ad Collegium reuertit. fuerunt autem eo an-
no in Collegio nostris quadraginta septem: e quibus
nonnullos

nonnullos diuersa per loca pestilentia dissipatis
 in primis dimissi quidam e Nouitiorum numero
 retum: quod in oppidum cum vultu non satis
 accepti essent, quod inutiles futuri videretur, pro
 su temporis (hoc fuit quadrimestre, cum aliquot
 rea frustra a parentibus sollicitarentur) explicatis
 diebus festis Catechismo, admonendis complura
 ne nomen Dei violarent vanitate iurisiurandi,
 cendis sacerdotibus de obeundo recte atque
 munere Cōfessionis, tollendis multorum inimicis
 diurnis eleemosynis propulsanda fame, ita se oppi
 nis approbarunt, vt magna ab omnibus caritate
 gerentur. Eodem tempore cum schola essent
 missa, ad Vaurensem Episcopum profecti duo
 si iucundi fuerunt, ciuibusq. vt bimestre duorum
 uersorium, attulerit illis cupiditatem perperua
 torum commorationis. Atque hac extra urbem
 vrbe etiam nostrorū labor permultis vilis fuit
 retici duo conuersi. Præter hos, adolescens
 egregius, relictis parentibus, a quibus adigebatur
 heresim, ad nostrum venit Collegium, vt Catholice
 instrueretur moribus & disciplinis. Alter honestus
 loco, cum in proximum se oppidum conferret,
 hereticum audiret disputantem, aberrauit a via.
 dit forte in hominem (erat autem cæcus, quod
 animaduertit ille, cum esset cura suspensus) oras
 monstret viam. sustulit alter risum: et, Monstret
 inquit, si tibi ita videtur, cæcus scilicet videnti. cum
 aliquantum deinde processisset: Ego vero plane
 cæcus & deuius, qui & animum, & corpus cæcis
 minibus

minibus: quid enim aliud hereticorum Ministri: regē-
dum tradam. Hæc cogitans, conuerso itinere ac muta-
ta mente, ad urbem primum, deinde ad Catholicam
fidem reuertit. Antea et a vita sordes Confessionis Sa-
cramento elue, unt centum fere ac septuaginta. Inter
nonnullos confirmata pax, in temploq. nostro Domi-
nici Corporis perceptione firmata, duos etiam inter
coniuges: qui communi voluntate sextumdecimum
ante annum torose ac domicilio separarant, hoc am-
plius: eorum alter ad Catholicam redijt religionem,
reductis alijs septem, quos habebat socios heretica
prauitatis. In eodem fere genere matrona quædam
falsis circumuenta testibus, & extremo supplicio ad-
dicta, cum ignominiam perinde ac mortem grauate
ferret, & duram se præberet accusatoribus, ad placa-
bilitatem flexa vnius e nostris oratione: quin etiam
piorum apud Deum preces vehementer expetiit, vt
omnis ex animo tolleretur memoria offensionis. Spe-
ctata est similiter virtus Itali cuiusdam in morte su-
beunda. Is cum esset machinalis in bello scientiæ vir
cum primis peritus, specie quidem desertæ religio-
nis, re autem vera spe lucri, ad hereticorum castra
cõfugit. cõprehensus deinde a Catholicis, morteq. dā-
natus est. Eam autem mortem, non pœnam esse affir-
mans violatæ religionis, quam semper coluisset, sed ef-
frenatæ vitæ superioris, vno e nostris assistente, a quis-
simo animo tulit. Multiplici compressa peccandi licē-
tia, iniecta Magistratui cogitatio, suggerentibus no-
stris, de coercenda meretricum perulantia. quod &
factum, aliquo earum supplicio, & magno beneficio
iuuen.

iuuenturis. Ad extremum magna pietas hoc anno Tolosatium enituit, cum ad auerendum bellum pestemq. instituto etiam ieiunio, per multos dies mini supplicarunt. Quam eorum religionem sapientia nostra scholae amulantes, multorum datis nobis Deiparae constituerunt Sodalitatem sacro ipsius Beatae Virgini Conceptae.

COLLEGIUM. BURDEGALENSE.

BURDEGALAE anno prioris quinquaginta. Quo quidem anno plusculum fructus negotij fuit. cū enim Rex edixisset ut per Galliae Regnum, Caluinistarum perfidia, ni resisterent, multaretur exilio, & quamplurimi boni seu malo coacti se redderent Ecclesiae: Burdegala Antistes, iuxtaq. Basatensium nobiscum egerunt redeuntes praecurrente matura institutione, ut periret. ita ex vrbe, ex agris, e vicinis oppidiculis, tantum multitudinem oppressi sumus, pe. tualis sine ulla intermissione, ut vix respirandi spatium haberetur. E Burdegalensi porro ditioe recedunt supra quadringentos: e Basatensi non multo pauciores. Sed & ierunt nonnulli e nostris iussu Burdegalis Archiepiscopi cum litteris eius, patenti quibus vel sera aetas, vel corpus imbecillum in hoc officium, beneficio Regio ne fraudarentur, igitur in hac excursione conuersi: & pestilentibus ignibus traditi: etsi Loc quoque non est

vrbe: neque enim dicitur vñquã ager perpurgatus
dum illæ stirpes erunt ac semina herbarum nocentiũ.
et sicut in corporibus agris, nihil quod nociturũ est,
Medici relinquunt: sic visum sacrorum Præsidi, vt re-
cideretur quicquid obstaret Catholicæ religioni. Con-
quisiti igitur sunt huiusmodi libri, & in priuatis adi-
bus, & in tabernis officinisq. librarijs, Magistratu
iubente: quorum tamen cũ pars destinaretur nostris,
vt ijs vterentur ad consutationem aduersariorum, cõ-
stanter reiecerunt, ne aliquod nobis ex aliorum, vt
quidam putabant, damno, quæsitum lucrum videret-
tur. Nam & inuenti sunt qui cum ab Antistite
mitterentur ad nostros imbuendi, multo ob eam causã
dolerent magis, quam quod Caluinum desererent. Eo-
dem anno, eademq. de causa nostri erga eos, in quos
lege agebatur a carnifice, officiosi fuerunt alijs nem-
pe annis ad hæreticos admittebantur hæretici: nunc
intercluso ijs aditu ex præscripto Regis, nostri voca-
bantur. itaque multi eiurata hæresi, antequam mi-
grarent e vita, redierũt ad fidem. Cum Illustrissimus
Dux Mainnaus Regij ductor in Aquitania exercitus,
vir egregie pius, ac nostræ Societatis amantissimus, in
hanc vrbe venisset firmandæ valetudinis, ad Colle-
gium accessit, vbi Ecloga varijsq. carminibus saluta-
tus a discipulis. Visum est Archiepiscopo, ut quo be-
nignius respiceret Deus conata Principis, qui totus
imminebat in religionis perduelles, in singulis tẽplis
hebdomadaria comprecationes sub vesperam insti-
tuerentur, quas concio excipiebat: idq. factum tri-
bus mensibus continuis, astate media, caloribus ma-
ximis

ximis nihil imminuentibus feruorē animorum
 præcipue tempore quæ sequitur, efficit. Adde
 qui tenebatur uoto castitatis, dederat fidem
 eam se uxorem ducturum. is cum, Deo disponere
 nisset prius ad nostros, inductus est ut humanum
 missum postponeret Deo. Mercator cum fraude
 riy hominis fortunis omnibus exutus, erraret per
 bem curis anxius, & ingratus uitæ, quam reliquas
 cogitabat: ingressus, Deo volente, in templum
 e nostris occurssi ac sermone placatus, & de
 abiecit consilium, & acceptam iniuriam rem
 Mulier per triduum vexabatur furijs, ut nec
 caperet ipsa, nec capere sineret domesticos: sum
 primum ingressus limen vnus e nostris, pax illi
 nui reddita est. Cuiusdam animum transuersum
 rat furor, magno cum mærore matris vidua, qua
 lo victa, consobrinum vocat, ut filium coercent
 ille dum fidentius aggreditur, furiosus in increp
 fauces inuolat, easq. duplici palmarum pressu
 rens ita angit, ut fere animam intercluderet
 præpropere vnus e nostris, & quasi pro imperio
 ipso agens, quem habuerat in Philosophia discip
 impulit, ut excusso furore, erratum agnosceret
 triq. oraret supplex, uti sibi ignosceretur. Al
 ignobilis cum impar esset, ingruenti molestia, cal
 sibi in gutture defixerat: hinc vocem postea
 emittere: & oppressus a damone putabatur non
 coniectura. Huc accitus sacerdos vnus, non cl
 modo vocem, sed longum etiam sermonem, eiusq.
 mæ salutarem ab eo expressit, super quo sui, tam
 super

super
 quida
 neva
 tu co
 ret re
 qui u
 ferent
 non ta
 gna in
 olim c
 rat no
 misera
 prosp
 uocat
 flame
 religi
 er oga
 qui il
 te per
 ribus
 infam
 aucto
 testam
 ta, om
 bus p
 cum al
 lia des
 mum,
 eorum
 inter

super muto & enerygumeno querebantur. Nobilis quidam vir cum vi venificiorum, septem filiorum funera vidisset, haberetq. domi uxorem consecram fletu continuo, eoq. insaniam redactam, vt morte quæret remedium arumnarum, unum euocauit e nostris, qui uera & graui oratione, qua & humana dicebat ferenda, & speranda caelestia, luctum pæne omnem non tantum n. inuit, sed etiam absterfit. Vir erat magna in hac urbe auctoritatis, qui Collegium nostrum olim celebrauerat, & Deiparæ Sodalitium, cui dederat nomen: ad templum postea itare numquam intermiserat. hic cum grauissima tentaretur ualitudine, ac prospiceret mortem imminentem, e nostris aliquot uocat, quos a se numquam uoluit discedere. condit testamentum, quinque aureorum millia, ut liberaret religionem parentis animam iam mortui, in pios usus erogaret: legasset etiam Collegio aliquid, nisi sacerdos, qui illi aderat, obstitisset. mortuus est: uolat repente per urbem rumor, omnia bona Iesuitis captatoribus relicta. res magna flagrabat inuidia, atque adeo infamia: hanc vt a nobis auerterent viri primarij, auctores fuerunt, vt ex Senatus Consulto aperiretur testamentum, atque inspiceretur: re autem comperita, omnis calumnia in laudem vertit. Libellum de rebus pijs vnus e præceptoribus discipulo dedit, quem cum alius legit huius socius, qui erat religiosa familiae desertor, ita edoctus permotusq. est, vt ad se priimum, deinde etiam ad vitam priorem rediret. Fuit ex eorum numero, qui ad nos uenit: ant unus, qui cum interrogaretur quid sentiret de Sãctorũ imaginibus:

Ego

Ego vero, respondit, quam utilis sit pietas erga
 partim quidē audiui, partim etiam sum experiat
 enim difficilis morbus & longus, e quo emer
 sam mihi reliquisset virium infirmitatē, ut non
 alternos gressus adminiculis nitens incederem, si
 nisssem, peregrinationis voto suscepto, ad Sancti Ce
 rii, eūq. orassem, relictis ibi adminiculis, atque
 steritatis memoriam suspensis, domum meam
 ualens reuerti. Toto tempore sollempnis ieiun
 dragenorum dierum missi tres ad varia oppida
 dotes, qui concionibus adiuuarent audientes
 communiam memorentur, in oppido Sancti Mar
 reductus ad ordinem apostata: faciliorem multo
 boranti effecit partum sacra Dei agni imago
 gata collo: persuasum multis ut ad ieiunium
 corporis afflictationem, & humile in mend
 sequium. Basati abstracti aliquot ab heresi
 a sacerdotibus duobus accepta confessiones
 quadraginta.

POSTERIORE anno, quo nostri
 quadraginta octo, ut mos gereretur sacrorum
 stiri, omnibus omnino diebus habitae concionae
 ita uiderentur ea tempora postulare, nec sine
 et quamquam non nostrorum tantum is labor
 tamen magna pars oneris in illos incubuit. ad
 tota uita confitentes centum uiginti. Catholici
 techismo instructi ad sexaginta, qui numerus et
 nor quam anno superiore, hoc pluris est, facien
 quo affirmatior conuersio, quae libera est, quam
 a metu profecta. facta etiam inquisitio in libris

qui damnatae superstitionis, exusti. Instituta schola in Collegio de Controversijs nostrae tempestatis, non ambigua utilitate multorum: cum euellantur quotidie Caluini & Bezae zizania, quae agrum occupant. Doctrina Christiana, quae tradere in paræcijs aliquãdiu inter miseramus, quod a sacerdotibus officia Ecclesiastica non sat commode temporibus diuiderentur, ut repeteretur, auctor Archiepiscopus fuit, admonitu Senatorum: qui suo etiam ære, & Rosaria coemunt, & Catechismos: ut ad acuendam piam emulationem peritioribus tribuantur. Scholarum & Scholasticorum numerus, idem qui ante pestilentiam: et horum mirifica erga magistros fides & beneuolentia: sic ut ex ipsis duo, cum a parentibus iuberentur, ut nostro relicto Gymnasio, ad aliud se conferrent, affirmarint, id si facere cogerentur, multam salutem scholis et litteris dicturos. Vni cuidam cum parentes, qui erant heretici, Caluinianos libros obtruderent legendos, quam parere illis in re tam nefaria, mori malle respondit. adolescens alter in altero Gymnasio positiones proposuerat, ad certum diem publice disputandas, illisq. sanctissimum IESV nomen de more præscripserat: quod cum hereticus liuido vngue concerpere esset ausus, in carcerem truditur iussu Senatus: dein condemnatus est, ut in nostri Collegij Aula virgis caderetur, atque hæresim abiuraret. Statutum præterea ut scholastici nostri inscriptiones suas IESV nomine insignirent, alterius Collegij, quod Aquitanicum dicitur, signo Crucis. Qui e Gymnasio nostro alio conuolarunt ad percipiendam scientiam Iuris, pietatem

D d ad huc

adhuc eximie tuentur: quod vel hoc anno macer
paruit. Cū enim non exiguus esset Caluini
merus, qui ad easdem scholas adirent, stellisq;
ueluti nebulā aspergerent, litteras supplices,
guli sua sub signarunt manu, ad Senatum dederunt
illo in Gymnasio, Caluini amuli quotcumque
uel Caluinum desererent, uel cederent ex
cautum est Decreto Senatus. Ceterum, ijs, qui
tatem Dei Genitricis frequentant, nostrum
siam, & litterarum missio, quibus Pontifex
mabat, & pramiorum allectario, quibus
theatro donati industrij, incitamento fuerunt.
beamus a scholis. Pharmacopolam conuenit
adolescens, presens medicamentum comparat
pien, quo puellæ, quam grauidam fecerat,
partum. ille nescio quid causatus, simulq;
si daturum negaret, ad alios exasperatum
mitteret, fortasse non negaturos, venditionem
desert interea rem ad vnum nostris, cuius
lio potionem conceptui vtilem, non exitu
bet: redyt adolescens post aliquot hebdomada
lum sortita exitum indignans. iteratur eadem
nihil obsutura. Mulier cum a teneris annis
set Caluini venenum, collocata est viro Caluini
vt difficile est ab ijs abstinere, quibus a puert
ueris, clam peruolutans eosdem libros, in
stem nutrebat. incidit in morbum: nihil agunt
ci: accersuntur Magi: aliud agunt. incesserat
bes ex atra bili, quæ ita corpus laborantis
vt cum septem enixa esset partus, quasi ad

eos effunderet, non ad vitam, de cunis omnes, ac fere de ventre transferrentur ad tumulum. venit marito in mentem nostros consulere: ac primum impios libros cum pijs mutare iussus, ad confessionem deinde uxorem allicere: quo facto, persanatus animus corpus quoque restituit, sanitati. eiusdem virtute Confessionis alia quaedam spectra depulit, quibus noctu agitabatur. Sed hic quoque piarum aliquot mulierum virtus enituit. Erat hoc exemplo. Mulier quaedam familiaris pauper, caritate diues, extra domunculam nihil fere habet, manuum mercede inopiam tolerat: ceterum ita pia & benefica, ut mendicatas quidem mulierculas, sed eas maxime, quae aduersa valetudine, domi excipiat, earumque subueniat necessitati corporum, animorum salute non neglecta. Quin etiam cum audisset de concionatore aliquando, rem xenodochij in eo esse statu, ut sine alieno auxilio sustentari non posset, eo tulit quicquid erat in adibus reliquum linteorum, nulla re sibi reseruata. Tam quid memorem redditos nummos, animosque reconciliatos? Et inter haec tamen non caremus obtrectatoribus. sed illorum maledicta illustrant nostram benefaciendi consuetudinem. Eorum vnus egrotans grauissime, primum se nostrorum precibus commendari, deinde vnum ex iisdem accerseri iussit. Alter, nostrorum victus officijs, negari exclamauit non posse, nos eos esse, qui pro malis bona redderemus. Quidam in media via quasi furore correptus, intemperantia lingua, contenta voce, in nos multa effundebat. exaudiuit eum e proximo vir summum Magistratum in Republica gerens, & cum pro indi-

gno haberet nostram famam lacerari contumeliosum
 hominem arripi, et in carcerem tenebrosissimum
 perat. mox venit in Collegium: admonet, ut res
 stram iudicio persequamur. at nostri contra
 instare, ut dimitteretur. quod cum dilatum esse
 stridie missus ad Iudices, Collegij Procurator
 stitit, ad eorum pedes prouolutus, orare, obsecrare
 donec impetrauit hominis liberationem. Itaque
 semet descendit in tenebras carceris, & male
 illum persusum pudore & lacrimis, apprehen-
 dit, multis etiam, quibus ea res fuit admiratio-
 lacrimantibus, eduxit. Nonnullorum preterea
 bis erant infensi, amicitia contracta. Super
 cuit. Senatui, omnium cognitionem causarum,
 forte implicabatur Collegium, ex inferioribus
 nalibus ad se transferre, quas non gratis
 etiam celeriter finierunt. Quod ipsum me ad
 ad nostros, ipsumq. Collegium veniamus. E
 Societatem admitti cupientibus, propter
 Prouinciales duobus tantum est gratia facta
 ad alia Cœnobia remissi. Obijt summo omnium
 aut merore potius Pater Ioānes Sangenotus
 minus actionis virtute, quam contemplatione
 lens. visus est suum presciuisse exitum, quem
 xit. Quattuor fere ante mensibus Patri Prouincia
 significauit in sermone, se breui moriturum, con-
 tineretur morbo, quare de fratre valetudinarum
 ei tutelaris Sanctus in mensura distributione
 set: cum is Laurentium respondisset, idem, inquit
 mihi, oremus proinde eum vterque, ut ipse

tali in Paradisum ingredi merear. Deinde cum quadā nocte esset iucunda Christi Domini eiusq. Genitricis visione recreatus, mane postridie, eius rei seriē Præposito Prouinciali enuntiat, affirmatq. triduo post sibi ex hac vita migrandum. quod etiam nonnullis Patribus indicauit. nec vana prædictio. die enim ipso Sancti Laurentij. Sacramentis munitus Ecclesiasticis edidit animam. Vir utique, vt superius attigi, & dum vixit, admiratione, & post mortem, memoria dignus. Cum hoc biennio exarserit in Aquitania bellum, & nostris tamen fuerit varia ob negotia alio atque alio commeandum, omniaq. obsiderentur ab hæreticis, qui in ipsis itineribus ad notas latebras insidiabantur, non tam sitientes prædæ, quam sanguinis: magna Dei prouidentia factum est, vt nemo nostrum in eorū manus veniret. etsi nonnulli proxime a periculo fuerūt. Tolosa quidam Burdegalam proficiscebatur mutata veste: cum inclinaret dies, diuertit ad oppidum, quod erat in via: concubia nocte oppidum capitur ab hæreticis. vexantur oppidani, spoliantur, trucidantur: omnia strepitu gemituq. circumsonant: incētus ignis in multorum domos fugam impediēbat. ibi tum frater noster per mediā flammā expeditus, Deo ducēte, sese proripit ad muros, & hostibus licet in eū irritō ictu scelopum quater intendentibus, cum multis demissum lapsus per funē, Diuina fiducia properus, et votorum plenus euasit. Duo item Patres cū Lutetia Burdegalam nauigarent, in piratas inciderunt Rupellanos: et quamquam ementito habitu, parum absuit quin pro sacerdotibus agnoscerentur. et agniti essent haud du-

bie, nisi sarcinula, in quam Rosaria Breviaria, & scio quid pagellarum coniecerant, eorum oculis gisset (quod sane quam fuit admirabile) otiose qua erant in naui, & curiose scrutantium.

COLLEGIVM. RVTHEHENIS

RVTHENIS primum duo & viginti annis erga nos Episcopi liberalitas, qua inopiam misso frumento sustentavit: non demerita præterea (ita enim renuntiari iussit) quantum petimus. Nostram idem bibliothecam multis operibus voluminibus locupletavit. Concio, & Catechisæ applicatio non est intermissa. Semel accidit, ut catechistes ad templum accederet causa doctissimi iuuenes puellasque incidere, manibus nexis, quod dum, tibicinis sonum in platea modulantes: quod ægre ferret, illi, ut sileat imperat, his, ut quiescant se pro loco editiore concionem habet ad populum datusque est per horam integram non solum præcipue ab omnibus, sed etiam libenter. rem dictam magis æstimatu, in hac civitate parvam. Semel etiam incenditor cum lectam ex vrbe oppidisque, magnam viciniorum vellet incendere, iniuit rationem, quæ prodesse Reipublicæ posset. Itaque a concione conuenit, blandum illud relictæ fidei venenum (ita appellabatur monumenta hæreticorum) debere tolli. accendit est roguis in loco frequenti: in quem cum coniecissent, quos ante parauerat, non defuerunt flammis suis e bibliothecis depromptos similes cum illis

iungerent, vt misceretur incēdium. Fame, bello, popu-
 lari morbo in hac vrbe laboratum: quo magis nostris
 fuit inuigilandum in extremis eorum necessitatibus.
 ita, & morbo tentati omnes, vno tantum excepto, &
 sublatis sacerdotes duo. nec sine aliquo miraculo. eorū
 enim vnus integra valetudine, alteri, qui Praefectus
 erat valetudinarij item valenti, eum quasi ad condi-
 ctum inuitaret conuiuium: Breui, inquit, ambo splen-
 dido epulo excipiemur. et vero eodem vterque die,
 eademque pane hora decessit. Scholarum, Sodalita-
 tisq. Beatae Virginis is fructus, qui annis superiori-
 bus. ex hac vnus impudicam feminam, a qua semel
 uerum ac tertio compellebatur ad flagitium, ab se
 semper reiecit, incepto forti, non prospero solum cuen-
 tu. Haec in vrbe: foris enim etiam aliquid gestum. Con-
 cionator vnus quodam in oppido huius dioceseos, &
 doctrinam Christianam exposuit, & seorsum expoli-
 uit sacerdotes, & audiuit confessiones multorum, &
 restituit Ecclesiae nonnullos. Rex cum bello statuisset
 persequi perduelles, eius Praefectus exercitus (Fran-
 cie Halmyralum vocant) duos e nostris aliquandiu
 esse voluit in castris, vbi concionibus habendis, iux-
 taq. confessionibus audiendis, aliquid profecerunt. ex-
 pugnatum cum esset castellum munitissimum, captiq.
 omnes haeretici. concione ad eos habita, magna eorum
 pars ad Orthodoxā fidem conuersa. In hoc rerum mo-
 tu Catholicorū etiam spectata religio. obsidebatur ab
 haeticis vir aequae nobilitate ac religione excellens:
 praclusa spe salutis (vt in rebus extremis) ad Deum
 confugit: votum suscipit confessionis apud nostros fa-

Dd 4 cienda.

cienda. auditas sensit preces ab animo addito. postea, nec longo, nec difficili negotio cum hostem, votum exoluit. Adolescens & hereticus, & disciplina, missus ad nostras scholas addisceret litteras, animum purgavit erroribus. hoc compertum parentibus, dedocendum eum ab heretico blaterone, mox etiam coercentibus, atque inedia curant. vtrumque sine effectum, frustra enim cogitur illius corpus, cuius sibi animus obstrinxit. Hac anno priore.

ALTERO duodeuiginti. Qui scilicet multuosus ac pestifer fuit, vt schola fuerint diuinarum quarum professores duo deinde morte amissis. terim tempore cum se nostri ante exercitiis sibi libus roborassent, ad adiuuandos proximos contulerunt: quibus, vt in tali perturbatione mortis saluti fuit. Quamquam et nostris diuulgandum cum vana superstitione multorum, ris quibusdā & characteribus inscriptis, lineam ad collum, pestem abigi putabant. quo artifice dam veneficus, cui auctoritatē addebat Sacerdotum urbem ipsam & paracias in agris fere quinque infatuarat, eiusq. mercedis loco, magnam ad piam conuerterat: annuam scilicet totius corporum nitatē ea ratione promittens, quam sibi praestare potuit. expulsus enim ex vrbe, paucis post miserē interijt. actum deinde vt omnia eiusmodi leta cum superstitiosis perscriptionibus, affertur, ignibus deuouenda. Quanto melius quidam cum deliberasset diu, an illo uteretur venefico.

filium sapientius cepit, pestilenti tumori ceream agni imaginem, veluti malagma imponendi. quod cum fecisset, placido correptus somno, et experrectus post horam, conualuit. Multa hic quoque de adolescentiū pietate, eorū, qui de Sodalitio Parthenio, dici possent. Sed ea, quoniam cum ceteris communia, sileantur. Obita sunt etiam a nostris, concionando, confitentes audiendo, Catechismum docendo, iras tollendo, aliaq. Societatis munia exequendo, oppida nonnulla. In vno quidem, ut omittatur de reliquis, Catholica Ecclesiæ recōciliati per Episcopū amplius mille ducēti.

MAVRIACENSE. COLLEGIVM

MAURIACI priore anno quattuordecim, posteriore, nouem, vt res vtriusque coniungam: quamquam de hoc, illud dumtaxat. Mirum fuisse, nostros non infici tabe, cum inter infectos assidue versarentur. Itaque, vt ad priorem reuertar, diebus maioris ieiunij, & Mauriaci, & vicinis duobus in oppidis, nostri conciones habuerunt: fenebrem ante omnia quæstum, rerumq. Ecclesiasticarum venditionem, id quod opus erat, verissima oratione damnātes. redintegrata gratia inter multos. Mulier erat in Lemouicum finibus non procul Mauriaco, attonita mentis: et re ipsa, seu potius simulatione, a diabolo oppressa, futura prænuntians, illigatam habebat plebē, et litteras etiam disseminans, quæ publice in Christianorum conuentibus legebantur. Hæ porro, facta in eas inquisitione a Proepiscopo, multis viris Ecclesiasticis

sasticis, & nostris etiam adhibitis, cum superstitio-
 bus refert, & atque erroribus reperirentur, sanctum
 est, ne legantur in posterum, ne ve habeatur
 fides. Si quis contra faxit, & certa multetur po-
 nia, & excludatur Fidelium consortio. Mauriaci
 præcipue qui inciderant in pestem. eo morbo labora-
 bat quidam, qui cum superioribus proxime amicitia
 cietais nostræ exarsisset desiderio, more mortuum
 interiectu temporis relanguerat. et nunc sane
 desperata esset salute, aspexit, vigilas ne, an dormiret
 sed propior vigilanti, factum cacodæmonis nocturni
 terrore horribili, quem depulit continuo incedens
 cius, & placidus sermo Nostri Patris Ignatii, qui
 solari visus. et reddita quidem est homini salu-
 recordatio prioris consilij. Nec minor anno-
 uitas, quam pestis. qua etiam, quantum in nobis
 subleuauimus multos, longo ad nos itinere venientibus
 Iam quid dicam de bello? hæc enim mala omnia
 gruerunt. Dilapsa propterea schola, nostrum
 legium (quippe nouum adificium in oppido nouo
 munito) tamquam arx a militibus, qui erant in pro-
 dio, haberi captum. Quamobrem, cum totum
 a nostris non posset, nec desertum omnino vellent
 diu captum est consilium, vt aliquibus manibus
 in tutiora dimitteretur. Dum alij alio proficiscerentur
 sacerdos vnus (is fuit Franciscus Philoneus) &
 cius laicus, in hæreticorum manus incidunt discen-
 tium. incogniti fuere principio: paulo post ex
 sta ad interrogantes responsione, Iesuita agnoscentur
 Hic clamore omnes sublato, visusq. quibusq. alij
 titud
 circ
 gladi
 run
 tur.
 gniti
 stigan
 sine
 cem.
 sos a
 stabu
 insub
 En h
 tia c
 quid
 inter
 suum
 frat
 bet a
 ipsa
 e Fra
 uern
 tissen
 tur a
 vix
 eos c
 reori
 hor
 & a
 etis

titudo solet letitiam immodicam significare, nostros circumstant, sarcinulis spoliant, pallijsque: & strictis gladijs mortem intentant: neque abstinuissent: nisi eorum, quibusdam mens iniecta, ut ad Ducem deduceretur. Imponuntur equis clitellarijs, ingrata eorum seignitie, non tantum incommoda: ad quam videlicet castigandam, præter succussum, ipsi etiam seffores, non sine irrisu, verberabantur. præcurrit nuntius ad Ducem. qui grauatus nostrorum aspectum, destinat inuisos ad patibulum. hoc dum paratur, conijciuntur in stabulum. eo fit concursus exultantium militum atque insultantium. neque ulli conuiciorum generi parcitur. En hypocritæ, aiunt, populorum seductores, adolescentiæ corruptores, tubæ bellorum civilium. Inter hos quidam, cum Philonæum Turonensem esse didicisset, inter multa scitandum, agnouit esse consobrinum suum. Tum recto itinere ad Ducem: deprecatur a fratre tam graue supplicium. Dux captiuos duci iubet ad se. Erat is, nomine, digno videlicet quod e re ipsa esset inditum, Malignus: qui quod extorris esset e Francia, multis sibi aggregatis Caluini æmulis, Aruernorum montes ferro flammaque vastabat. cum stetit nostris coram illo, magnis vocibus deposcebantur ad cadem, & contumelia vndique ingerebantur. vix etiam parcebatur vulneribus. at Præfectus arcte eos custodiri mandat: si redimi vellent, bis mille aureorum summa præscripta. manibus igitur vinctis, horrendum includuntur in carcerem: arctum panem, & aquam breuem vix habent ad vitam tolerandam: etsi, propter consobrinum, paulo mitius agebatur cum sacer-

sacerdote . erant eodē in loco et alij vincitū e
duo nocte quadam effracto muro cum effugis
omnis excubitoris ira, vbi id mane animaduertit
vnum sacerdotem incubuit : nec expletus ma
Etis, sicam primo vibrauit in corpus, deinde in cap
sed, Deo protegēte, casto ictu, vestibus licet confu
pileoq. diffisso. res interea vulgatur de nostris
prehensis : itaque volant a viris nobilibus
amantissimis ad Malignum litteræ, vt homines
centes, quibus ob votiuam paupertatem nihil pro
vitam, dimittantur incolumes. ad eas Malignus
videlicet, vt visus est sibi: Par est Iesuitas esse
fici crucibus, quibus afficiunt nos miseros heret
Paucis post diebus cohortes Regiæ, castrum illud
quo nostri detinentur, oppugnant. noctu per
colligentes vasa momento profugiunt, nostros
captiuis ceteris ad crassum funem alligatis man
post terga, per montes, valles, amnesq. via præ
ardua, lubrica, agūt trahuntq. cum egre emittunt
post equites antecedentes. Peruenitur in altero
pidum (hæreticorum erat) et vti erant madidi
obliti, in sædam ablutur custodia, vt neque post
uū diem vestes sicarentur. Mittitur ad eos
minister Caluiniſta cum Diacono : initur dispu
de rebus fidei coram Catholicis hæreticisq. et
cum superiores discessissent nostros, succensentibus
gistro suo aduersarijs, magnus animus Catholicis
cessit. exq. eo tempore non Catholici modo, sed
Lutheriani Heluetij humaniores se nostris præ
runt, eorum ærumnam iuuantes beneficijs, et
en ma

anim
decu
bus
oppi
sus, v
culo,

P



Prop
Coll
sexa
bilit
trig
dece

D

D
bi f

animo ferentes. Donec Collegij Rector argentum vñ
decunque corrasum attulit ad illos redimendos. Qui-
bus Mauriacum deinde redeuntibus, ita effusi sunt
oppidani extra mœnia, tantusq; fuit omnium concur-
sus, vt quantum dolorem cepissent ex absentium peri-
culo, præfenti gratulatione testarentur.

PROVINCIA ARAGONIA



ARAGONIA Prouincia Sar-
diniam adiunctam habet. Scribetur
tamen de vtraque seorsum. De illa
prius, in qua Domicilijs distincti no-
uem. socij circiter ducenti quadra-
ginta quinque. *Valentia*, in Domo
Professa triginta. In Collegio duodequadraginta. In
Collegio Gandiensi vigintiocto. In Casaraugustano
sexaginta. In Tarraconensi decem. Vno minus in Bil-
bilitano. In Balearico vnde viginti. In Barcinonensi
triginta. In Gerundenfi denique viginti. Concessere
decem. Successere triginta duo.

DOMVS. PROFESSA. VALEN-
tina.

DOMVI PROFESSAE *Valentinae* nihil
defuit ad proximorum vtilitates, quod aut ali-
bi faciunt socij nostri, aut fecit ipsa alijs annis. Illis
igitur